8108

ad cursum medii anni ad Acta quaevis authentica Regni huius perpetuitatis in se habentia adducere et postea statuere ab eaque ut praemissa exequatur efficere Idque sub simili Vadio Quatuor millium et Quingentorum florenorum polonicalium per eundem recognoscentem Generosum Vice Capitaneum Premisliensem suisque ipsius Successores supradictis Generosis Lesiowskim coniugibus ac eorum posteris ob non stabilitionem supradictae Generosae Mariannae Brzezinska consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus recognoscens Generosus Mathias Stanislaus de Mukhow Ostrzycki Vice Capitaneus Premisliensis aut eius Successores ad Instantiam supradictorum Generosorum Simonis et Mariannae Lesiowskich coniugum aut illorum Successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc vigore suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere Vadia praefata luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicium pati debebit et tenebitur Ipseque suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios Verum infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Electionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis emissionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Sedosi bello commentiones et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis eundendo Sed sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem Intercisam inter se Roborant et Lesiowski Statuet.

Coram Generoso Stanislao Roguski Regente Cancellariae Castrensis Premisliensis

in locum

in locum Generosi Mathiae Stanislai de Cruchow Ostrzycki Vice Capitanei Castren. Pre-
misliensis subdelegato muneris hoc idem subdelegationis sua se bonis suis gnaliter omnia libere
et benevole consentiente Officioq et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premisliensis personaliter Com-
parentes suprascripti Generosus Mathias Stanislaus de Cruchow Ostrzycki Vice Capi-
taneus Premisliensis ab una et Generosus Simon Lesiowski parte ab altera sani men-
tibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis qui-
busvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castren. Capitaneal. Premi-
sliensi quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsi
et quidem Generosus Lesiowski suo et Mariannae Ostrzycka consortis suae nomi-
ne pro qua de rato habitione cavet et se praesentibus inscribit sibi mutuo et invicem
una pars alteri et successoribus partis alterius se ac suos successores in et super bo-
nis suis gnaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et
obligant praedictam Intercisam certam inter se recognoscunt et eandem Lesiowska ratione
Certarum rerum et conditionum in eadem intercisa Contentarum de actu et data
eiusdem hic Premisliae die hodierna in actu contentis confectam manibus recognoscentium
subscriptam In omnibus et singulis eiusdem intercisae Conditionibus punctis clausulis
articulis vinculis ligamentis ac rebus gnaliter universis firmiter tenere complere exequi
et inviolabiliter observare omnibusq et singulis illius contentis tam in toto quam
in quavis minima parte satisfacere intercisam praedictam ad inscriptionem
praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictam
intercisam vicissim in toto referendo Idq sub vadio summae Quatuor millium et
Quingentorum florenorum polon. per partem parti cum successoribus utriusq partis ob
non completionem Contentorum intercisae praefatae tam in toto quam in quavis minima
parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Praeterea suprascri-
ptus Generosus Simon Lesiowski debebit et tenebitur prout se et suos successores
in et super bonis suis gnaliter omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis
suprascripto Generoso Vice Capitaneo Premisliensi et ipsius successoribus inscribit et
obligat praedictam praefatam Generosam Mariannam Ostrzycka Consortem suam cum atti-
nentia sua vel in eventu mortis successores illius ad approbandam per eam in-
scriptionem praesentem Roborationem vel similem suo praeinteresse faciendam

810 ad Acta, quevis authentica Regni sui perpetuitatis vi se habentia intra decursum medii anni adducere et pulsi statuere, ab eo ut praemissa exequantur efficere Ille sub simili et speciali vadio Quatuor millium et Quingentorum florenorum polonicorum per partem parti cum Successoribus utriusque partis ob non statuitionem suprascriptae Generosae Mariannae Łasiowska Consortis suae tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbeat. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua principali ex praemissis omnibus non completa complendas citata ex tunc memoratam pars una praemissa non tenens aut ipsius successores ad instantiam partis alterius praemissa tenentis aut ipsius posterorum ad Officium praesens castrense Capitaneale Premisliense extunc uti ex suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium vel iudicio praefato luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes consequenter causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eiusmodi suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello conventione et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Actis suis personalibus praesentibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Actum in Castro Præmisliensi feria Secunda post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo

157/III

Quinquagesimo